



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 5. Sapientum est, omnem Mundi felicitatem suspectam habere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

Val. Ma-
xim. lib.
7. cap. 2.

cus hæret, putamus esse loco incommodis-
simo. Quia hominem cæcus amor sui non
finit rectè iudicare. Solon, qui *neminem,*
dum adhuc viueret, beatum dici debere arbi-
trabatur; quod ad ultimum vsq; fati diem an-
cipiti fortunæ subiecti essemus: idem aiebat, si in
unum locum cuncti mala sua contulissent, fu-
turum, ut propria deportare domum, quàm ex
communi miseriarum aceruo portionem suam
ferre mallent. Quo colligebat, non oportere nos,
quæ fortuito patimur, præcipua & intolerabilis
amaritudinis iudicare. Optimum ergo dolo-
ris remedium est, maiores aliorum dolores
expendere; morbum cum morbo; pauper-
tatem suam cum paupertate aliorum com-
parare: denique seriò cogitare, quid, qui
in inferno cruciantur, sustineant. Quid, mi-
ser, quiritaris? forsitan hic dolor tuus tibi
est, loco æternorum suppliciorum? Nimis
felices vereri debent, ne de illis dicatur: re-
ceperunt mercedem suam, in vita sua.

§. V.

Sapientum est, omnem Mundi felicitatem suspectam habere.

Thom. de
Kemp.
lib. 3. de

Vnde, qui prudenti iudicio calculum sub-
duxerunt, *Fortunam*, quæcunq; ea demum
esset, magis timuerunt blandientem, quàm
sæui-

favientem. Ipse Deus ait: *Fili, magis placet mihi patientia & humilitas, in aduersis, quam multa consolatio & deuotio, in prosperis.* Et Christi prudentes altè cordi suo infigunt illud: *Extrema gaudij luctus occupat; multoque magis istud: Va vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis.* Præstat, post luctum, gaudia, quam post gaudia, luctum expectare. Philippus Macedoniae rex, cum, vno eodemque tempore, tribus nuncijs latissimè exhilaratus fuisset, intellexissetque, equestri cursu, quadrigas suas Olympijs vicisse; Olympiadem vxorem Alexandrum filium peperisse; Parmenionem deniq; ducem suum Dardanis in pugna superiorem fuisse; sublatis in coelum oculis: *At tu, inquebat, Fortuna, pro tot bonis, leui aliquo nos affice malo.* Adeò suspecta illi fuit nimia felicitas, vt velut nimis melleam promulsidè absynthio censuerit temperandam. *Theramenes, (qui Athenis in XXX. tyrannis fuit) cum in quadam domo versatus, inde prodisset, illa subito lapsu corruit. Atq; cum Athenienses alij aliunde ad eum confluerent, & inopinata saluti congratularentur: ille, præter omnium opinionem, respondit: O Iuppiter, cuinam me tempore reseruas? Nes multò post à reliquis tyrannis de*

Imit. cap.
57.

Prou. 14.
13.
Luc. 6.
25.

Plutarchus in
orat. consolator.

Ælian.
lib. 9. variat. c. 21.
Plutarchus in orat. Consolat.

medio sublati est, coactus cicutā bibere. Quam
 sapienter facerent, qui exemplo Therame-
 nis, inter lāta, tristium meminissent! &
 cum Ennio dicerent: *Nimum boni est, cui nil
 mali est*, quam sententiam etiam M. Tullius
 magni aestimavit. *Ne dicas: sufficiens mihi
 sum: & quid ex hoc pessimabor? In die bonorum,
 ne immemor sis malorum. Quantum autē ma-
 li metuendum sit ijs, quos perversa vulgi opinio
 putat felices, quia opibus affluunt, illo exemplo
 discimus, inquit Marulus, quo traditum est
 (à Paulino in vita S. Ambrosij) Ambrosium
 Episcopum, cū apud diuitem quendam, hos-
 pitandi gratia, diuertisset, & ille se nihil un-
 quam, in vita, aduersi passum iactaret; è ve-
 stigio, cum suis, recessisse, dixissetq;, ideo se inde
 fugere, ne, unā cum homine perpetuis prosperi-
 tatibus uso, simul pereat. Haud ita procul ex-
 cesserant; & respicientes, vident ades illas, cum
 omnibus, qui ibierant, terra hiatu iam absor-
 ptas. Quam ergo melius agitur cum ijs, qui
 identidem seculi huius premuntur angustijs, ut
 illic felicitatem querant, ubi casus timeri non
 possit? Hæc ille, quia, ut vel Ethnicus ait:
*Non est summa felicitatis nostræ in carne po-
 nenda. Bona illa sunt vera, quæ ratio dat: so-
 lida ac sempiterna, quæ cadere non possunt, nec
 decrescere quidem ac minui.**

§. VI.

Eccli. II.
27.M. Ma-
rulus lib.
5. cap. 3.Senec.
lib. I.
ep. 74.